

LXXII. NOVARIA (p. 718).

ad p. 718 c. III. Bruzza (*iscr. Vercell.* p. XVII) epistulam edidit a Carolo Bescapè Novarae 29 Mai. 1612 datam ad Innocentium della Chiesa, unde colligitur inscriptiones collectas esse non a Gallaratio sed ab Innocentio ipso.

8928 Novariae nuper rep.

|||||
/ RATO · FILIO ·
PIENTISSIMO ·
VIXIT · ANNIS ·
5 XXIII · MENS · X ·
DIEBUS · XVI ·
HOSTILLIA · SPERA
TA · MATER · IN · FE ·
LICISSIMA · ET · SIBI

Miserunt amici ligno incisam.

LXXIII. INTER NOVARIAM ET ARONAM (p. 725).

Sunum cum ipse advenire non potuissem, id quod facere destinaram, per litteras adii notarium Zanettam syndicum Sunensem, quem effossionibus iis insistere compereram, petiique ab eo, ut titulorum adhuc repertorum ectypa mecum communicaret; id quod ille pro humanitate sua diligentissime executus est. Ita factum est, ut titulos adhuc foede corruptos paucis exceptis, qui non sunt in museo Sunensi (n. 6573. 6586), iam re-

cognoscere et emendare potuerim. Misit idem ad me advocati Novariensis Antonii Rusconi libellum *le nuove lapidi Romane di Suno* (8. pp. 16) editum m. Aug. a. 1876 cura societatis archaeologicae Novariensis. Moneo autem ex titulis a Rusconio illo loco editis duos eximendos esse n. 5, qui est epitome nostri n. 6573, et n. 7, qui est Muratorianus 339, 4 non ad Sunum pertinens, sed ad Augustam in Delphinatu.

ad n. 6570. Descripsi ad ectypum; litterae certae sunt et satis bonae:

HERCVLI
BRAVNIVS *sic*
PRIMIGENI F
VALE
V

ad n. 6571. Deficit in elencho lapidum Sunensium nuper edito, vereorque ne nunquam extiterit.

ad n. 6572. Descripsi ad ectypum sic:

I · O · M
M · VALERIVS
VERI F
VERINVS
5 CENTVRIO
V · S

ad n. 6575. In ectypo est 3 T · MATVSIVSTN

ad n. 6576. Ectypo quod accepi lectio stabilitur.

ad n. 6577. Vereor ne sit n. 6578 perperam excepta; deficit enim in elencho lapidum Sunensium nuper edito.

ad n. 6578. Prodiit *nuove lap. di Suno* n. 18. Ipse ad ectypum excepi sic:

MERCVRIO
V · S
EBVRIVS · VERVS

ad n. 6579. Ex ectypo corrige 1 VICTORIAE

ad n. 6580. Ectypis lectio edita confirmatur, nisi quod 5 est SVCCSE (sic) et in fine BENEMERENTI.

ad n. 6581. Sic descripsi ad ectypum:

HERCVLI
Q · V · I

ad n. 6582. Ectypum quod accepi lectionem confirmavit.

ad n. 5583. Descripsi ad ectypum sic:

VALERIA
C · VIBIO · G
VALERIAE · TERT
PARENTIB · EORUM
5 ATVLIAE · TFRT
VIBIAE · C · L · PRIS
C · VIBIV
DEXTER · FEC

ad n. 6584. Descripsi ad ectypum sic:

MISS · CENT. coh
II · FL · AFR · SIBI
ET · SALVIAE · FELICIAE
LIB · PIENISSIMAE
5 COIVGI · OPT

ad n. 6585. Descripsi ad ectypum sic:

M
22IONIAE

Litterae duae primae videntur esse LL.

ad n. 6585 a. Arcae pars est sic a me descripta ad ectypum:

ALERIA
VERIN
CENTA

8929 Suni nuper rep.

FORTVNAB
SERTOR

Descripsi ad ectypum. Ravizza misit. *Nuove lapidi di Suno* n. 19.

8930 Suni nuper rep.

HERCVLI
T · MAGIVS
PERSEVS

Descripsi ad ectypum. Ravizza misit. *Nuove lapidi di Suno* n. 23.

8931 Suni in museo.

HERCVLI
SEVERINVS
POLLIO
V · S · L · M

Descripsi ad ectypum. *Nuove lap. di Suno* n. 22. Pollio fortasse accipiendus est de officio (cf. vol. III n. 5949; Dig. 50, 6, 7).